1502. Ex Arch: Metr. Rni

# Responsum Majestatis Regiæ Poloniæ ad Legationem Magistri Livoniæ.

81

Non debuisti ægre ferre Domine Orator, quod tanto tempore per Nos remoratus fueris, quoniam id factum pro commodiori et efficaciori, ac affectuosiori responso tuæ Legationi dando, ut enim nos, qui sumus novus Rex ad hoc regnum Nostrum hunc recepti cum multa benignitate divinæ voluntatis sumus occupati, et intenti pro auxilijs parandis firmioribus, et præsidijs majoribus, quibus commune hoc bellum contra Moscoviæ Ducem amministrari posset, occurrebant quædam Negotia in initio regnandi hujus felicis Regiminis, quibus negotijs et difficultatibus compositis, reduximus unionem Dominiorum Poloniæ Regni, et Magni Ducatus Lithuaniæ, ut maiora præsidia ac firmiora auxilia belli gerendi haberi possent, de corpore etiam Regni Poloniæ Magni

Ducatus

Ducatus Lithuaniæ contra hunc commu:
nem Nostrum hostem Ducem Moscoviæ.

Qd autem commemorari voluisti pluri:
bis verbis fœderum initorum et inscriptio:
num factarum inter Nos et Dominum tu:
um Magistrum Livoniæ. Quantum est in
Nobis et futurum erit, ab eis nequaquam
recedere volumus. Sed in omnibus clausulis
punctis, et conditionibus observare et obser:
vari facere volumus, qd tu dices Domino
tuo Magistro Livoniæ, eumque nomine
Nostro certificabis, et ut majoribus cum
potentiji bellum hoc ceptum maiori animi
Magnitudine continuari et geri possit. In
quo proposito persistimus temporis debita
opportunitate ad hoc recepta.

Et quantum ad replicationem, quam
in legatione voluisti replicari, hanc a no:
bis diutius responsionem habere potuisses,
verum ~~tantum~~ tamen non in tantum effe:
ctualem sed verbalem, et non tanti effectus,
quam

quam pro nunc tibi damus, Nam ut pos:
sit communi Nostro hosti bellum inferri ma:
joribus potentys, conduximus, et paravi:
mus iam multa Nostrae parti praesidia, in:
ter quae etiam Imperatorem Tartarorum
Zandskiego cum tota ejus potentia et exercitu
qui de sua orda et locis propriys, quae inha:
bitat, movit se et omnem suum exercitum
iamque iacet campestraliter Nobis in auxi:
lium, et quem sumptibus Nostris in terris
Lithuaniae fovemus et tenemus, ut tem:
poris debita opportunitate bellum inferen:
dum, tanto accuratius geratur usque ad
exitum.

Quod autem commemorare voluisti Do:
mine Orator, quod Dominus tuus Magister
Livoniae adorsus et agressus fuit hunc
communem hostem Nostrum, et hostiliter
ingressus fuit armata Manu terras ipsius
Nos vero nequaquam ingredi vel permittere
Armorum gentes Nostras seu exercitum
Nostrum. Valuimus propter summam

mundationem

mundationem Aquarum ex pluvijs, et si Do:
minus tuus Magister Livoniæ testatur ma:
gna exinde damna recepisse, militibus con:
ductis mercede impensam faciendo, quibus
terra destruitur, et ejus conditio fit deterior.
Nos etiam de nostra parte non minorem
immo multam facimus impensam fovendo
hunc tartarorum Imperatorem cum Orda
tota ipsius, ut in opportunitate debita
temporis bellum inferre possimus de Nostro
communi hoste victoria potiri, usque ad
exitum bellum ceptum perducere.

Quod autem replicasti adhuc Domine
Orator, qd tanto tempore retentus sis per
Nos, absque responso nunquam id gratiji ac
molesto ferre debes animo, neque tibi per
Dominum tuum quicquam debebit imputa:
ri, qui Legati, nuncij, ac oratores sunt ejus
conditionis, ut non proprij juris sint, sed
ex voluntate eorum dependent, ad quos diri:
guntur.

Commemorari etiam voluisti Domi:
ne Orator

ne Orator, q(uo)d uterq(ue) N(ost)r(u)m et nos et Dominus tuus Magister Livoniæ proprijs Nostris in personis debemus pro: ficisci contra hunc Nostrum communem hostem, id revera non inficiamur ex ini: tis fœderibus et inscriptionibus factis, verum tamen absolutis difficilioribus in regno Nostro iam negotijs præsertim hoc tempore initij in Regno Nostro regnan: di, volumus quanto celerius iter suscipe: re in dominia Nostri Magni Duca: tus Lithuaniæ et ex illinc propria Nostra in persona pergemus, cum No: stra armata militia ad debellandum Nostrum inimicum et hostem utriusq(ue) Nostrum et dominiorum Nostrorum communem paratis ad id præsidijs atq(ue) auxilijs, et satisfaciemus cum Dei adju: torio utrinque fœderibus et inscriptio: nibus.

Ad hæc reduxisti Nostræ me: moriæ Domine Orator, q(uo)d si Mo: skwita hostis Noster communis faceret

incursionem

incursionem in alicujus Nostrum terras et dominia vel Nostra vel dominij sui sint fœderibus tantum et inscriptionibus, quod mox alter Nostrum, qui sine incursione maneret, statim in terram Moskovitæ similiter debebit etiam sine quavis cunctatione et negligentia incurrere ad direptionem et vastationem ipsius Moscovitæ terræ, hoc etiam Nosipsi fatemur, et quantum in Nobis est vel futurum erit demandavimus iam hoc faciendum talli exposcente necessitate ipsis Rothmagistris Nostris et exercitus Nostri in confinibus constituti, quod mox incursionem faciant in terras Moskoviæ et similiter prædas abigant et depellant, atque omnem hostilitatem exerceant, ut mos est bellorum.